

1173 fuit. Nam filium suum Fridericum solemniter
 inthronizatum prefecit dominis solius Boemie,
 solium Budim¹ et alia nonnulla reservans sibi
 ad usum vite. Fecerat quoque in Stragu² sibi
 caminatam, que hodie dicitur abbatis, cum stuba
 et aliis appendiciis, in qua sibi manere et finem
 — () dierum suorum volebat expectare. Sed Fridericus
 licet carus esset imperatori, cuius cognatus erat,
 probatus et ^{iam} in multis expeditionibus Italie, con-
 tigit tamen ei, quod inexpectato aurige contingere ¹²⁰⁰
 solet.³ Nam utrum Boemorum perfidia an ipsius
 inertia nescimus, hoc solum scimus, quod in
 brevi aversi sunt ab eo querentes occasionem, quo-
 modo eum evadere et alium dominum possent
 habere. Quod diu inter se, sicut solent, missi-
 santes diu occultatum tandem tali ordine, sicut
 dicemus, processit in publicum. Erat Calricus,
 filius antiqui Lobezlai, frater iunioris Lobezlai,
 in curia imperatoris cum suis profugis,⁴ qui
 habens et in Boemia multos occulte sibi faventes
 satagebat omni conatu impetrare de gratia cesaris,
 tum sibi panem tum fratri suo Lobezlao libera-
 tionem, qui iam fere XII et prius tribus annis

in P

1) Budim b. Lustunowitz

2) Královská hora v Itahow in Krávy, ním Grúndung
 Zolovislans (f. oben T. 6)

3) Gussmuthing zwisphen Gumburg. und Zolovislans (f. oben 1169) wegen
 des Salzburger Ringen (f. oben); vgl. Chron. Magni presb. SS. VII, 490,
 und Bouffmann I, 343.

4) Brünzurg (oben T. 26) betrifft von einem flüchtigen König Kolm. am
 Hof Friedrichs I. befindet es sich seit März 1162, vgl. Gumburg, Cod. dipl. I, 215 ff.